Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26085
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Sin

interius designatur. Sed cum postea sacra scriptura hoc in loco accipimus ipsa quoq; duo limina habet interius & exterius. Que dicuntur in littera & allegoria, limen quippe scripture sacre exterius littera. limen vero interius allegoria. Quia enim per littera ad allegoriam tendimus. quasi a limine quod est exterius. ad hoc quod est interius venimus. Et sunt in ea permulta. que ita iuxta literam mentes edificant. ut per hoc quod exterius dicitur audientis mens interius trahatur. Ibi quippe invenimus predicamenta operis. & exempla virtutis. ibi iubetur quid agere etiam corporaliter debemus. ibi hoc quod ad opandum percipitur. in sororum virorum ac feminarum actione comprobatur. ut per quam nos per aperiora precepta atq; exempla iustorum ad bonam operationem instruunt. tunc ad limen interius. id est. ad intellectum misticum intime contemplationis tendamus. si possumus pede mentis. Studete queso fratres knm dei verba meditari. nolite despicere scripta nostri conditoris. que ad nos missa sunt. Utrum valde est. quod per anima refricatur ad calorem. ne iniquitatis suae frigore torpescat, cum illa precedentes iustos fortiter egisse cognoscimus. & ipsi ad fortitudinem bone operationis accingimur. de eorum exemplorum flamma animus legentis incenditur, videt que fortia ab eis facta. & valde indignatur sibi. quia talia non imitatur. Unde recte sponsa voce ad sponsum dicitur. Sicut turris david collum tuum. que edificata est cum propugnaculis suis. mille clypei dependent ex ea. omnis armatura fortium. In collo enim gutur. in gutture vox est. Quid enim per collum sancte ecclesie nisi ea eloquia designantur. In qua dum mille dependent clypei memorantur. per hunc perfectum numerum. numerus universitatis ostenditur. que universa nostra munitio in sacro eloquio continetur. Ibi quippe sunt precepta dei. ibi exempla iustorum. Si enim voluerit animus ad doctoris sui desiderio. audiat quod dicitur. Diliges dominum deum tuum. ex toto corde tuo. & ex tota virtute tua. In odio forsitan habetur proximi. audiat quod dicitur. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. Res aliena concupiscere. audiat quod illic scriptum est. Non concupisces rem proximi tui. De iniuria que a proximi ore vel facto illata est. ad ira mens accenditur. audiat quod dicitur. Non quereris ultionem. nec memor eris iniuriae civium tuorum. In carnis concupiscentia. male saucata mens accenditur. ne sequatur oculus mentem. audiat quod paulo